

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia r
cum fonte primo

Ille michi uidetur esse sapiens qui pauca quidem de uirtute animi commonet et proloquitur, plura autem in suis actibus atque operibus ostendit, et fidem uerbi operum suorum a stipulatione confirmat.

Gregorius (Nazazenus) ibidem (in apologetico).

non enim qui in uerbo sapiens est iste mihi sapiens uidetur neque qui linguam politam ac uolubilem profert, anima uero permanet inperitus, sicut sepulcra illa, quae extinsecus dealbata et exornata uidentur hominibus, intrinsecus uero inmunditia ac foetore repleta sunt, sed ille mihi uidetur esse sapiens, qui pauca quidem de uirtute animi commonet et proloquitur, plura autem in suis actibus atque operibus ostendit et fidem uerbi operum suorum ad stipulatione confirmat, quia nec pulchritudinem formae ita quis amare potuit in pictura sicut in corpore positam nec diuitiae utiles fuerunt quae in somnis uidentur sicut illae quae in manibus continentur.

Gregorius Nazianzenus, *Orationes interpretatione Rufini*, 8.4 (CSEL 46, A. Engelbrecht ed., pp.238-9, ll.17-23, 1-5).